

adualem intentionem; habet tamen intentionem habituales, que sufficit ad perfectionem Sacramenti. Quid clarior? Igitur sufficit intentio habitualis.

His tamen minime obstantibus, non est recedendum a supradicta doctrina; quia intentio habitualis non procedit a voluntate, præviam intellectus cognitione, a qua voluta fit illa consecratio; & per consequens non est actus humanus sufficiens ad operandum, & volendum; qui quidem actus voluntatis, cum cognitione intellectus, est necessarius ad constituendam intentionem, ut bene explicat Emin. Card. de Lauræa d. tom. 1. in 4. disp. 3. n. 36. Neque subsistunt textus supracitati, quia S. Augustinus in utroque loquitur non de ebrio, qui usum rationis amisit, & baptizandum nesciat, quid faciat: sed intelligit de viro prope ad ebrietatem, qui, ut advertit Glossa in c. Baptizatus; intelligat, quod agit, itaut nomen ebrius, vel ebrius denotat consuetudinem (se inebriandi) non actum. Quam explicationem esse etiam de mente Scoti testatur Emin. Cardin. de Lauræa d. disp. 3. sub n. 6. his verbis: Ad confirmationem respondet Scotus in calce ejusdem quest. 5. quod per ebrium intelligit Augustinus non adualem ebrium, sed eum, qui assuetus est inebriari, dicens, quod illa consuetudo mala non reddit Baptizatum invalidum. Patet non est contrarius Angelicus Doctor, quia ibi loquitur de intentione virtuali, est usus fit vocabulo habituali, ut patet legentibus totum illum articulum, ut eruditè observat idem Eminentiſſ. Cardin. de Lauræa d. disp. 3. num. 36. subdens: D. Thomas licet in responsione ad tertium dicat, sufficere intentionem habituales, quia tamen se declarat, quid intelligit per habituales, dicens esse intentionem, qua quis accedens ad baptizandum, intendit facere, quod facit Ecclesia; est in exercitio actus cogitatio ejus ad alia rapiatur ex virtute prima intentionis perficitur Sacramentum; de ejus mente non licet dubitare; & melius ipsam declarat Angelicus Doctor, quam ab aliis ibi declaratur; eadem enim intentio, quam dicitur virtuales, est illa, quam S. Thomas ibi declarat. Adeo ut, loquendo cum Canonistis, verba sunt intelligenda non secundum quod sonant, sed secundum mentem, & intentionem proferentis. c. Intelligentia, & c. Propterea. De Verb. signific. l. Non omnia, ff. Si certum petatur. l. 3. ff. Si quis hoc in contrahendo, ff. de itinere, adque privata. Et quandoque refertur dubium ex sensu Verborum, illa sunt interpretanda secundum subjectam materiam, & naturam actus; & si opus sit, debeant, & possint interpretari, ut conveniant materię, de qua agitur. ff. Nunc autem admonenti, ubi Glossa in Verb. Dederit. Infit. Quib. alien. licet, vel non. Paris. consil. 78. num. 20. lib. 3. Eminentiſſ. Cardin. Tuschus lit. V. concl. 95. num. 15. Quæ ex abundantia dicta sint pro vera intelligentia dicti verbi Habitualis Intentionis.

Tandem Corollarii loco pro plena resolutione hujus Quæstionis, notandum venit, quod intentio sive actualis, sive virtualis in consecrante faciendi id, quod Ecclesia facere intendit, non debet solummodo intendere illam actionem externam, factam eo ritu, quo est præcepta ab Ecclesia in celebratione, & consecratione, idest materialiter tantum sumptam; sed debet Sacerdos habere intentionem formalem sive explicitam, sive implicitam consecrandi, & consecrandi Eucharistiæ Sacramentum, institutum à Christo Domino; in ejus Sacratissimum Corpus, & Sanguinem transubstantiando panem, & vinum, ut docet Scotus, S. Bonaventura, Alenis, & alii apud Matrimonium in 4. Sent. disp. 1. quest. 7. art. 1. & in Theologia Morali disp. 16. num. 37. 38. & 39. ubi subdit, ulterius intentionem debere esse absolutam, non autem sub conditione, præcipue de futuro; quia hæc est inanis, & inefficax ad consecrandum verum Sacramentum; quod etiam differit Gobat. d. traç. 1.

Experim. Theolog. num. 71. & 72. & Biffus in Hierurgis Sacra tom. 1. Verb. Intentio quo ad Missam num. 189. §. 5.

DECISIONIS XLII.

Ad Septembris Quæstionem secundam.

ARGUMENTUM.

Traduntur signa demonstrantia, Intentionem virtuales consecrandi EUCHARISTIAM esse in Sacerdote consecrante.

SUMMARIUM.

- 1 Intentionis virtualis consecrandi Eucharistiæ tria sunt signa.
2 Oratio illa, Ego volo celebrare Missam, &c. dicenda ante Missam dat dies quinquaginta Indulgentiæ, & servit pro virtuali intentione.
3 Philippus de Angelis Prior S. Leonardi de Padua laudatus.
4 Indulgentiæ plurimum annorum, que dicuntur concessæ celebrantibus Missam.

QUÆSTIONEM SECUNDAM.

Quæ sint signa demonstrantia, Intentionem virtuales consecrandi Eucharistiæ esse in Sacerdote consecrante?

Tria signa fuerunt notata, unum Remotum, alterum Proximum, tertium Intimum. Signum primum Remotum est, si Sacerdos, in sua ordinatione hanc intentionem in seipso firmaverit, velle consecrare Corpus, & Sanguinem Domini, & consecrare Eucharistiæ Sacramentum, quoties accesserit ad Altare ad Missam celebrandam. Si enim hanc intentionem nunquam retractaverit, censetur semper habere intentionem virtuales, & sufficientem ad consecrationem, est de hac non cogitet, dum Missam celebrat. Ita Gregor. de Valentia tom. 4. disp. 3. qu. 5. punct. 3. Verſ. Intentio autem implicita, & virtualis est. Cujus hæc sunt verba: Si quis initiatuſ Sacerdos voluit aliquando in sacris id facere, quod facit Christus, & Ecclesia, licet postea cum Sacram facit, hujus intentionis non recordetur; si tamen illam intentionem non revocavit, & similiter secundum quamdam consuetudinem ita Sacram facit, atque aliquando fecit, cum illam intentionem non habuit; virtualiter censetur habere intentionem, que sufficit. Hoc signum docet, & approbat etiam Sotus in 4. disp. 1. q. 5. art. 8. col. 11. Henriquez lib. 1. cap. 10. m. 2. Tamburin. de Sacrific. Missæ lib. 2. cap. 1. §. 2. n. 10. & Gobat. in Experim. Theolog. traç. 3. n. 784.

Signum Proximum est, si Sacerdos hoc elicitat sive intentionis consecrandi Eucharistiæ testimonium, videlicet indumentum sacrum vestium: nam quotiescumque induerit sacras vestes pro Missa celebranda, censetur habere intentionem virtuales consecrationis peragendæ, est de actuali non cogitet. Ita Reginald. tom. 2. lib. 26. num. 38. Verſ. Altero modo; ubi ita scribit: Eo ipſo, quod Sacerdos vult secundum Sacerdotum consuetudinem indagare vestes Sacerdotales, habet virtuales intentionem celebrandi Missam. Quia enim induere vestes Sacerdotales medium est ab Ecclesia institutum ad Missæ celebrationem; fit, ut in tali actione induendi, comprehendatur virtualiter actio celebrandi; & in intentione induendi, intentio celebrandi; donec adhibeatur, actus contrarius, per quem hæc tollatur. Atque hujusmodi quoque intentionem virtuales ad Sacramentum sufficere dicendum est. Hoc quoque signum amplectuntur Tamburin. d. §. 2. num. 9. & Gobat. d. num. 784.

Signum

PRIMUS CASUS.

In Moribus septem Communium omnes Parochi, & Sacerdotes Capellani processerunt ad celebrandam Casuum Conscientie Congregationem. In uno eorum montium, distans à congregatis Parochiis duodenis milliariis, viri inter se litigantes sunt belligerantes, & igneis globulis unius eorum mortaliter vulneratus in terra decumbit. Implorat spiritualia auxilia, flagitat Ecclesiæ Sacramenta, protestans se illis maxime indigere. Accurrit Clericus Seminarista, ibi in vacatione studiorum degens, & pietate motus cum audivisset in Sodalibus, in casu necessitatis, Eucharistiæ etiam a non Sacerdote posse ministrari, induit Superpellicem; & cum luminibus Sanctissimum Viaticum, & Cibario sumptum, prævia hortatione ad devotè suscipiendum, porrigit vulnerato; qui etiam paulò post expiravit. Queritur, an Clericus ille licitè egerit?

Negat Eminentiſſ. Cardin. de Lugo de Euchar. disp. 22. n. 81. Bonacina tom. 1. de Sacram. disp. 4. qu. 5. punct. 1. n. 6. Bordonus in sacro Tribunali S. Offic. ubi querit an sit suspectus de hæresi? cap. 22. n. 41. Sotus, Serra, Huradus, Tannerus, Fagundes, & alii citati per Dianam part. 3. traç. 4. resol. 47. necnon part. 5. traç. 3. resol. 47. ac etiam p. 9. traç. 6. & Misſæ. 1. resol. 38. alias 39. Quæ omnes in opere Coordinato collocatæ sunt in tom. 2. traç. 2. resol. 65. 66. & 67. ea ratione, quia soli Presbyteri sunt ministri hujus divini Sacramenti; juxta Hymnum in festo Corporis Christi.

Sic Sacrificium istud instituit, Cujus officium committi voluit Sotis Presbyteris, quibus sic congruit, ut sumant, & deinceps. Item quia statutum est in cap. Pervenit. De Consecr. dist. 2. nefas esse laico tangere Corpus Christi. Ac ulterius; quia consuetudo immemorabilis Ecclesiæ docet per manus Sacerdotum tantum, vel eis absentibus Diaconorum, Eucharistiæ ministrari: & hæc omnia expendit Cotonium in suis Controvers. lib. 2. Controv. 4. cap. 7. à n. 161. & seqq. ubi hanc negativam opinionem amplectitur.

Affirmant nihilominus Lessius in 3. p. q. 82. art. 3. n. 8. Lezana tom. 3. Summe in Verb. Eucharistiæ quod ad Regulares, n. 15. & in suis Consult. Variis, consil. 48. n. 83. Suarez de Euchar. disp. 72. sect. 1. Layman lib. 5. traç. 4. cap. 7. n. 4. Castropal. part. 4. traç. 21. punct. 17. Biffus in Hierurg. Sacra tom. 1. Verb. Eucharistiæ n. 174. §. 1. Macer in Hierolox. Verb. Diaconus. Afcianus Tamburin. de Jure Abbatum tom. 2. disp. 3. quest. 2. n. 4. Emin. Brancatius de Bredid. Diaconali p. 275. & Gobat. in Experim. Theolog. d. traç. 4. n. 450. & 451. qui omnes non solum id concedunt licere Clerico, sed etiam Laico, & præter illos idem astruunt Filliuc. Coninch. Mercerus, Præpositus, Chapeavill. Reginald. Grand. Valentia, Quintanadven. & alii, quos cumulat, & sequitur Diana in citatis resol. 65. 66. 67. tom. 2. traç. 2. Oper. Coordin.

Horum rationes sunt, Primò, quia in primitiva Ecclesia tum per Clericos, tum per Laicos mittebatur Viaticum Sacrosanctum infirmis. Exempla adducit de S. Tharſitio Acolytho Martyre, Gobat d. traç. 4. num. 443. & de Scrapione senè ægrotante n. 454. Aliud exemplum narrat Card. Baronius, & Odoric. Rinald. Anno 902. de Theotife Virgine Lesbica, quæ per annos XXXVI. morata in solitudine Insulæ Paros, à venatore reperta, flagitavit, & obtinuit, ut sibi Eucharistiæ deferretur; que fecit anno sequenti: qua reverenter suscepta, expiravit. Secundò, quia nullum Jus positivum id prohibet, siquidem cap. Pervenit. supracit. loquitur, extra necessitatem,

G

Signum tandem Intimum est, si Sacerdos vel in Sacristia, antequam induerit vestes Sacras, vel postquam eas induerit, sive cum processerit ad Altare, attentè, ac devotè recita verit sequentem Orationem, quam Gregorius XIII. exornavit Indulgentia quinquaginta annorum, toties acquirenda, quoties eam celebraturi recitabant; & quam docet omnes Sacerdotes, paulò ante Missam, recitare, cum ex ea exciteret actualis intentio, efficacissima ad producendam intentionem virtuales consecrandi, ut advertit Gobat. d. traç. 3. n. 790. & 864. ubi extendit ipsam Oratiunculam, quæ est hujusmodi: Ego volo celebrare Missam, & consecrare Corpus, & Sanguinem Domini Nostri JESU CHRISTI, juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem Omnipotentis Dei, totiusque Curie triumphantis; ad utilitatem meam, totiusque Curie militantis; pro omnibus qui se commendaverunt orationibus meis in genere, & in specie; & pro felici statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Amen. Eadem Oratio cum expressione supradictæ Indulgentiæ legitur impressa in Tabellis pro Preparatione Sacerdotis ad Missam, quæ communiter sunt appositæ in Sacristiis, & eam ponit Philippus de Angelis, olim Prior Ecclesiæ S. Leonardi de Padua. Vir non mediocriter eruditissimus, & meus amicitissimus in sua Præmissæ Private part. 3. in fine, in 2. edit. pag. 277. ubi tamen notat Indulgentiam esse annorum quadraginta de cujus veritate credo, non esse ambigendum, est ea non reperitur inter Bullas Gregorii XIII. tum quia, ut dixit, stat exposita in omnibus Sacristiis; tum etiam quia illam laudat P. Gobat, qui edidit integrum tractatum de Indulgentiis, & cumalavit Indulgentias Apocryphas, inter quas supradictam non recenset, ut licet videre potest in Opere Quinario ejusdem P. Gobat. traç. 4. n. 803.

Tandem omittere nolui sequentem notam, quam supracitatus Philippus de Angelis ponit d. 3. p. pag. 287. 288. quidquid sit de ejus validitate; videlicet: Nota circa Indulgentiam Eugenius Petreillus in libro, quem italicè inscripsit titulo, Novello Giardino fol. 28. refert multa Sanctorum Doctorum memoranda dicta circa Missam, sed inter alia sic ait: Pro qualibet Missa, que celebratur, volanditur in quocumque loco, & à quocumque Sacerdote, semper acquiruntur anni triginta mille, & obtingunt Indulgentiarum. Nam sic Innocentius VI. concessit 30. mille, & Urbanus IV. Martinus V. Sixtus IV. & Eugenius IV. concesserunt 800. Fides sit apud Austorem; ego enim in Bullario reperio tantum fuisse concessas Indulgentias pro festivitate, & tota octava Corporis Christi, tam celebrantibus quam intereſſentibus Divinis Officiis ab Urbano IV. Martino V. & Eugenio IV. de quibus infra Casu sec. Mensis Obris decif. 60.

DECISIONIS XLIII.

Ad Septembris primum Casum.

ARGUMENTUM.

Discutitur, an licitè agat Clericus in minoribus ordinibus constitutus, qui absentibus Sacerdotibus, ministrat Sacram Viatium vulnerato mortaliter, potest Sacerdos?

SUMMARIUM.

- 1 Clericus in minoribus an in casu necessitatis possit ministrare Sanctissimum Eucharistiæ moribundis, absentibus Sacerdotibus? Negati DD. hoc; Sed affirmant alii n. 2.
2 Eucharistiæ antiquitus deferretur tum à Clericis, tum à Laicis.

De Sacramento Eucharistiæ.

fitatem; & periculum mortis, & ubi praesentes sunt Sacerdotes. Tertiò, quia potest esse, ut ille vulneratus non valeat elicere actum contritionis pro suis peccatis, sed tantummodo attritionis; quae adjuvante gratia, & virtute Eucharistiae, obtinebit meritum contritionis, & causabit salutem aeternam illius animae, quod considerat Amicus in *Cursu Theol.* tom. 7. disp. 31. sect. 2. n. 26. & fuscè probat Collegium Salmanticense. tom. 10. de Sacramentis tract. 1. cap. 5. punct. 2. & dicitur infra decis. 46. Quartò, quia Praeceptum de communicando per Viaticum est praecipuum Divinum, cui cedere debet praecipuum Ecclesiasticum de communione ministranda per Sacerdotem, aut Diaconum tantum. S. Thomas, quem ferè omnes expostores sequuntur, 3. part. q. 80. art. 11. Suarez disp. 69. sect. 3. Vasquez disp. 214. cap. 2. §. 3. Sorus in 4. disp. 12. q. 1. art. 11. Valentia de Eucharistia. disp. 6. q. 8. punct. 4. Emin. de Lugo disp. 16. n. 27. Bordon. Var. Resol. part. 1. resol. 20. n. 6. cum aliis re- latis per idem Collegium Salmanticense. de Sacrament. d. tom. 10. tract. 4. cap. 8. punct. 1. Quae quidem est fortissima ratio, etis ejus fundamentum non approbet Emin. Card. de Lauræa in 4. Sent. tom. 1. disp. 25. n. 38. ubi admittit, praecipuum sumendi Eucharistiam esse praecipuum Divinum; ut supra dictum est in secundo casu Mensis Aprilis, Decis. 19. sed quò ad tempus Paschale, & quò ad tempus mortis per Viaticum, esse praecipuum Ecclesiasticum, si alia vice fuerit facta; ex rationibus ibi per eum allegatis; ac- testans talem esse opinionem Scoti, Alenisi, & S. Bonaventurae.

Utramque opinionem esse probabilem circa factum Clerici, de quo in casu, dicit Tambur. de Exped. Comm. cap. 6. §. 4. & cum ipso concludere debemus; est enim casus factus, non factus, sed si veniret in factum, & Clericus faceret, non illicite faceret, admonendo populum se didicisse esse licitum facere.

DECISIONIS XLIV.

Ad Septembris secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Exploratur, an cadentibus in terram sacris particulis, dum Moniales communicantur, intra Clausuram, possint colligi, & elevari à Monialibus? vel debeat Confessarius ingredi Clausuram ad eas suscipiendas?

SUMMARIUM.

- 1 Particula consecrata si cadat in Clausuram Monialium, quid agendum?
- 2 Abbatissa, seu alia Monialis potest elevare Eucharistiam de terra, & porrigere Confessario.
- 3 Laici in primitiva Ecclesia tangebant Eucharistiam.
- 4 Argumentum ab antiquis patribus valet.
- 5 Confessarius potest, & debet ingredi Clausuram Monialium ad elevandam de terra Hostiam sacram ibidem lapsam.
- 6 Laicis, ac mulieribus nunc prohibitum est tangere Corpus Christi.
- 7 Moniales non possunt tangere Calices, Corporalia, nec Pallas sacras.
- 8 Cui non licet quod est minus, neque quod plus est, licet.
- 9 Necessitas ingrediendi Clausuram Monialium, non est strictissima, sed moraliter intelligenda, & num. 13.
- 10 Mulieres invitate ad effugiendum vitæ periculum possunt ingredi Monasteria Monialium.
- 11 Botrus Cyprî, delatus in vocat ab Exploratoribus, fuit symbolum Eucharistiae.

- 12 Praecepta Divina sunt preferenda Ecclesiasticis.
- 14 Mulieres in primitiva Ecclesia recipiebant Eucharistiam in nitido linteolo.
- 15 Clara pingitur cum Osenfario ad denotandam ejus eximiam devotionem erga SS. Eucharistiam.
- 16 Sacerdos simplex, presente Parocho, non potest absolvere moribundum.
- 17 Monialis communicanda potest unicum Particulam lapsam in terram lingua reverenter sumere, & se communicare.

SECUNDUS CASUS.

Hymali, ac pluvioso tempore stabat Confessarius Monialium in eorum Ecclesia, ad fenestellam Communiois, isdem ministrans Eucharistiam Panem. Finis erat Sacri Convitii, quando Monialis una, quae non poterat cum aliis ab initio convenire, accurrens communicanda, aperuit januam Sacris interioris. Reperit per eam ventus vehemens irruit à regione Aquilonari, & plurimas consecratas particulas ex Pixide prostrare fecit, & procidere penes Moniales in Clausuram. Queritur, quid agendum à Confessario pro sacrarum specierum recollectione?

Ad hunc casum, non fictum, sed factum recollectionem Sacramenti esse committendam Monialibus, seu eorum Abbatissae respondit Bissus in Hierurg. Sacra tom. 2. Verb. Particulae num. 45. §. 12. his verbis: Potest etiam contingere, quòd Particula aliqua consecrata cadat intra Monasterii Monialium clausura, quando communicant; in quo casu eadem Monialis debet illam lingua accipere; & ita communicare. Quòd si non possit, eam mediante patena, accipiat; adjuvante etiam palla, vel carta munda; si vero neque sic possit, non debet Sacerdos ingredi ad illam Particulam accipiendam; sed ipsamet Monialis illam accipiat, & per fenestellam Sacerdoti porrigat, postea à Monialibus ille locus abradatur, & lavetur; quae abrasio, & lotio in Sacrarum projectenda erit. Ejeset tamen convenientius, quòd hanc functionem faciat Abbatissa, sive Superior, quam Monialis. Huculque Bissus. Cuius opinionem tenet etiam Castaldus in praxi Ceram. lib. 2. sect. 14. cap. 17. num. 15. Quartus in Rubr. Miss. p. 2. tit. 10. sect. 3. dub. 3. diffi. 4. ubi ponit hanc rationem: Quia ingressus in Monasterium strictius prohibetur, quam tactus Hostie consecratae in casu necessitatis. His addi potest auctoritas Theologorum doctissimi, licitum fuisse tangere Sacramentum Eucharistiae laicis in primitiva Ecclesia, quibus tradebatur in manibus, & quando erant communicandi, ut pluries dictum est supra, & notat Suarez de Eucharistia. disp. 72. sect. 1. Lessius 3. q. 80. n. 37. & late probat Emin. Card. Bonaerum Liturgic. lib. 2. cap. 17. n. 3. Tandem videtur suffragari supradictae opinioni doctrina S. Thomae, qui in disp. 13. q. 1. art. 3. sic ait: Ad Tertium dicendum, quòd sicut Baptisum conferre competit Sacerdoti ex officio, tamen laicus in casu necessitatis non peccat baptizans: ita tangere Corpus Christi, ex officio soli Sacerdoti competit; sed in casu necessitatis potest, & debet Corpus Christi tangere, etiam si sit peccator; ut si in aliquo loco immundus jaceret. Quid clarus? Si item peccator licet tangere Sacramentum Eucharistiae, illud è terra levando; quanto magis Sanctimonialibus, & Virginitibus Sacris? Hinc de S. Clara legitur in Brev. Rom. lect. 4. quòd Sacerdotis Assistentibus, & Monasterium, cui illa praerat, invadere conantibus, egra se ad portam effugere voluit, unaque Vas, in qua Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum erat inclusum; ubique oravit in hunc modum &c. Et ideo imago ejusdem Virginis representatur picta cum Osenfario continente Sacram Hostiam in manu.

manibus; valet autem argumentum, & concludens probatio desumitur ab antiquis Patribus: cap. Perlarum. Et cap. Venerabilis, de Consecrat. disp. 3. Nota part. 5. rec. decis. 353. n. 66. & seqq. Pignatelli. tom. 1. Consult. 241. num. 11.

His tamen non obstantibus contrarium puto decidendum, & dicendum pro resolutione propositi Casus; teneri, & obligatum esse Confessarium, statim ingredi clausuram, accedere ad interiorem locum, ubi Moniales communicabant, & ubi Sacrae Particulæ jacent in terra, illaque singulatim propriis manibus suscipere, & in Pixidem devotè reponere; locumque aliquantulum abradere, & mundare ad praescriptum Rubricae Missalis de Describibus in Ministerio ipso occurrent. tit. 10. n. 15. sic praecipiens: Si Hostia consecrata, vel aliqua ejus Particula dilabatur in terram, reverenter accipitur, & locus, ubi cecidit, mundatur; & aliquantulum abradatur, & pulvis, seu abrasio hujusmodi in Sacrarum immittatur.

Hæc igitur omnia, nec non recollectionem, & susceptionem è terra sacrarum Particularum fieri debere non per Moniales, aut Abbatissam, sed per ipsammet Confessarium, prævio sollicito ingressu in clausuram, me movent rationes sequentes. Primò, quia supradicta Rubrica est exequenda à Sacerdote, non autem ab alia persona, ut in puncto docet Suarez de Euchar. disp. 85. sect. 1. & Gavanti in Rubr. Miss. part. 3. tit. 10. n. 12. Secundò, quia rigorose prohibitum est in cap. Perennis 28. de Consecrat. disp. 2. n. laici, aut mulieres deserant Sanctissimum Eucharistiam, aut tangent Corpus Christi. Tertio, quia in specie Jus Canonicum vetat Sanctimonialibus tangere corporalia, calices, & pallas sacras. cap. Saceratas Deo feminas 25. disp. 3. S. Antonin. 3. part. 7. tit. 16. cap. 7. §. 3. in fine; ex quo deducitur argumentum in Jure validissimum; non esse imponendum Abbatissae, vel Monialibus, ut tangent Corpus Christi, quod est minus, cum non possint tangere pallas sacras, quod est minus; non enim licet quod plus est ei, cui, quod minus est, non licet.

Barbof. in Axiomat. Juris Usu frequen. Axiom. 180. n. 2. Quartò, quia Gregorius XIII. in sua Constitutione incipit. Dubiis, quae emergunt; quam per extensionem ponit Miranda de Monial. quest. 2. art. 14. & Quaranta Verb. Monasteria Monialium, concedit eorum Superioribus, inter quos censetur eorum Confessarius, ut ingredi possint Clausuram, si id faciant in casibus necessariis. At nemo non videt, in casu proposito esse necessarium ingressum Sacerdotis, & Confessarii pro reassumptione cum debita reverentia Sacrarum Particularum. Quintò, quia ex communi doctrina Theologorum causa rationalis, & necessitas ingrediendi Monialium Clausuram non est physice, strictissime intelligenda; sed moraliter consideranda. Barbof. de Potest. Episc. alleg. 102. n. 48. Sanchez in Decalog. lib. 6. cap. 16. n. 40. Sextò tantò magis, quia Confessarius in hoc casu necesse non habet ingredi ad interiora Monasterii; sed statim ultra ostium Clausuræ in Sacristiam Monialium, quæ ut plurimum vicina est ipsi ostio; & sic minor causa sufficit pro ingressu. Barbof. in collectan. DD. ad Conc. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 5. n. 81. Septimò, quia licitus est ingressus mulieribus maritatis, quæ excederent ab affectu conjugum, ad evitanda vitæ pericula. Zerola Verb. Monialium. §. 12. Tambur. de Jure Abbatissar. disp. 24. quest. 14. n. 2. Ergò multò magis cum ceciderit Divina Eucharistia, ad periculum Irreverentiae evitandum permittit esse ingressum Confessario in Clausuram ad eam elevandam. Octavò, nam bajulis, & portitoribus conceditur ingressus in Monialium Monasteria, quando agitur de gravibus oneribus, quæ ipse Moniales ferre non possunt. Tambur. d. disp. 24. quest. 6. num. 6. & Barbof. d. sess. 25. cap. 5. num. 86. Sed quomodo Abbatissa, aut Moniales po-

terunt Christum Dominum manibus deferre, sub quo curvantur, qui portant Orbem? ut ait Job. 9. 13. qui immò subjungit de Divina Majestate: Et pondus ejus ferre non potui. Job 31. 23. Nonò, quotidiè videmus olitores intrare Monasteria Monialium præcipue ad potandas Vites, casque de terra erigendas, ac vindemiæ tempore ad racemos Uvae colligendos. Igitur si licitus est ingressus pro racemis naturalibus, ac vitibus materialibus, cur erit prohibitus Confessario ad erigendas è terra sacras Hostias continentes in se Christum Dominum, qui dixit de seipso: Ego sum Vitis vera. Jo. 15. 1. & de quo mystica Sponsa ait: Botrus Cyprî dilectus meus mihi in vineis Engaddi? Cant. 1. 14. De exploratoribus, qui missi ab Israelitis, ut terram Chanaan lustrarent scriptum est: Absciderunt palmitem cum Uva sua, quem portaverunt in veste duo Viri. Num. 13. 24. Ingens ille Terræ promissionis Botrus, quem duo viri in veste ferebant, Eucharistiam figurabat, ut opinatur ex Sanctorum Patrum testimonio Serlogus in Cant. tom. 2. Vestigat. 13. Explanat. Moral. sect. 6. nu. 63. Modò minor cura non est adhibenda de figurato, quàm de figura. S. Thom. 3. part. qu. 82. art. 5. in 11. Sed Botrum illum, qui erat figura Sanctissimi Corporis Christi, duo Viri portarunt in veste. Igitur Sacrosandam Eucharistiam, in qua est realiter Corpus Christi, in illo Botro figuratum (nam omnia in figura contingebant illi. Cor. 10. 11.) non debet à mulieribus suscipi, & deferri, sed ab ipsomet Sacerdote Confessario. Decimò, quia reverentia erga Sanctissimum hoc Sacramentum est ex præcepto Divino. S. Thom. 3. part. qu. 82. art. 3. Clausura autem Monialium est ex præcepto Ecclesiastico. Tambur. de Jure Abbatissar. disp. 18. quest. 2. §. 3. Sed præcepta Divina sunt preferenda Ecclesiasticis. Sanch. in Decal. lib. 1. cap. 10. n. 17. Ergo in casu proposito obligatus erit Confessarius ingredi Clausuram, & de per se, tamquam Sacerdos colligere sacras Particulas, & in Pixidem reponere, locum abradendo, vel lavando ad praescriptum Rubricæ; & ita sentit, & docet Bordon. Variar. resol. part. 3. ref. 118. ubi supradictum casum examinat.

Neque subsistunt rationes Bissi, Castaldi, & Quartæ pro opinione contraria. I. Non illa, quam allegat Quartus, quòd strictius prohibetur ingressus in Clausuram Monialium, quam tactus Hostie consecratae; quia id non est verum, tum respectu rei; superat enim reverentia debita Sacrosandæ Eucharistiae, ob ejus infinitam excellentiam, quodcumque aliud obsequium; idcirco, ut observat S. Thom. d. par. 3. q. 82. art. 3. in omni re, à qua tangi debet Corpus, & Sanguis Domini, præcedit consecratio, ut sunt manus Sacerdotis, Calix, Patena, Palla, Corporale; tum respectu legis prohibentis; nam contactus Eucharistiae provenit ob reverentiam eidem habitam à lege Divina; Clausura autem Monialium à sola lege humana; quæ de sui natura non strictè, sed benignè accipitur, & interpretatur. Tambur. de Jure Abbatissar. d. disp. 24. quest. 1. n. 4. II. Non illa ex usu primitivæ Ecclesiæ ponendi Sacram Synaxim in manibus communicantium; quia non solum talis usus est abrogatus; sed (quod facit ad præsentem casum) neque in primitiva Ecclesia mulieres tangebant nudis manibus Sacram Communionem; sed eam accipiebant in nitido linteolo, quod Dominicale dicebatur, ut testatur his verbis S. August. serm. 252. de Tempore; Mulieres quomodo nitidum exhibent linteolum, ubi Corpus Christi accipiunt; sic corpus castum, & cor mundum exhibeant. Eten Concilio Antiocheno decretum fuit cap. 36. Non licet Mulieri nuda manu Eucharistiam accipere. Et cap. 42. Ut unaquæque mulier, quando communicat, Dominicale solum habeat: quod si qua non haberit, usque ad alium diem Dominicum non communicet. Videat LeCtor Hierolex. Martiri in Verb. Dominicale, & Gratianum Discept. forens. cap.

cap. 412. n. 13. Itaque si neque ab initio Ecclesie permittebatur mulieribus tangere Eucharistiam, ejusdem contactus non esset permittendus Abbatissae, seu monialibus in casu proposito. Nonne dixit Dominus post Resurrectionem suam Mariam Magdalenam, *Noli me tangere*. Jo. 20. 17. Thomae vero Apostolo: *Affer manum tuam, & mitte in latus meum*. ibid. 27. III. Non implicat Auctoritas S. Thomae in 4. dist. 13. q. 1. art. 3. dum dicit, etiam a peccatore tangi posse Eucharistiam, illam elevando de terra, si faceret in loco immundo; quia ibi Angelicus Doctor supponit non adesse Sacerdotem, & ideo in tertio arg. ait: *In aliquo casu licet tangere laico Corpus Christi, puta si videret ipsum in terra jacere, & non esset Sacerdos, qui tolleret*. At in casu nostro est Confessarius Sacerdos, qui potest tollere. Igitur Moniales non possunt, nec debent, immo si vellent ex se sacras Particulas lapsum in terram tollere, Confessarius teneretur prohibere, ut advertit Posselin. de offic. Curati cap. 8. n. 4. IV. Non concludit exemplum S. Clarae; quia pingitur cum Offensorio, & figura Hostiae consecratae in manibus ad denotandam eximiam ejus devotionem erga Sanctissimum Sacramentum Altaris, & ad recordandum miraculum fugatorum Maurorum virtute suae Orationis coram Sacrosancta Eucharistia; sed ex hoc non sequitur ab ipsa fuisse delatam ad ostium Monasterii; sed sicut fecit seipsum aegram ab aliis deferri, sic est verisimile, quod ea instante, Hostia consecrata per Confessarium suum, vel alium Sacerdotem fuerit cum luminibus portata; etsi de illis Breviarium, aut Chronica mentionem non faciat. Hinc in Chronicis Ordinis S. Francisci tom. 1. lib. 8. cap. 13. impressi Neapoli Anno 1680. ita legitur de eadem S. Clara: *Sic fecit portare alla porta del Monastero, e porre avanti tutti quei nemici, mandando innanzi di se con grandissima reverenza il Santissimo Sacramento nella sua Custodia*. Sed quidquid sit de hoc exemplo, non tangit punctum neque percutit casum, in quo queritur, an Moniales licite possint tangere, non Offensorium, vel Pixidem continentem Eucharistiam, sed Eucharistiam ipsam lapsum in terram, atenta praesentia Sacerdotis, qui de facili potest ingredi Claustrum ad eam reverenter colligendam. Concludendum est igitur, quod licet deficiente Sacerdote possent Moniales sacram Eucharistiam e terra levare, & tangere; eo praesente non possint, neque debent; exemplo Parochiani in articulo mortis constituti, & habentis peccata mortalia, etiam reservata; qui, etsi possit absolvi a quolibet simplici Sacerdote, absente Parocho; tamen si Parochus sit praesens, debet ab ipso tantum absolvi secundum magis communem, & magis securam opinionem DD. quos longa serie cumulat Barbosa in Collect. DD. ad Concil. Trid. sess. 14. de Sacram. Punit. cap. 7. num. 12.

Hoc unum est concedendum; quod si unica Particula caderet in terram intra Claustrum, & praesens esset Monialis communicanda, potest ipsa genuflectere, ac reverenter lingua eam sumere, & sic communicare; ut vult Quartus cit. p. 2. tit. 10. sess. 3. dub. 3. difficult. 4.

DECISIONIS XLV.

Ad Septembris Casum Prudencialem.

ARGUMENTUM.

Examinatur, an bene faciat Parochus qui Hostiam delatam in Processione, vel expositam publice Orationi, dividit in quatuor partes, eas reponendo in Pixide, distribuendas Laicis communicantibus?

SUMMARIUM.

1 Parochus Hostiam delatam in processione debet

- ipse sumere, non autem Laicis communicantibus dare.
- 2 Concilia Provincialia non obligant extra Provinciam, neque Synodalia extra Diocesim.
- 3 Cardinalis Carolus Barberinus commendatus.
- 4 Concilia Provincialia deserunt pro directione etiam extra Provinciam.
- 5 Plebs idiota putat plus gratiae recipere, si communicetur cum Hostia magna.
- 6 Ablutio in Calice non est danda Communicantibus Laicis.
- 7 Parochus ruralis punitus, quia dabit Laicis purificationem in Calice.

CASUS PRUDENTIALIS.

Parochus mansueta Processione Sacrosanctae Eucharistiae completa, Hostiam ab Offensorio auferit, illamque in quatuor partes frangit, atque in Pixidem ponit, partes illas fidelibus Communicandis dispensaturus. Queritur, an prudenter agat?

Respondetur negativè; siquidem Hostiam consecratam, & in Offensorio processionaliter delatam, non debet Parochus distribuere communicantibus contrafractam in partibus; sed tenetur ipse illam assumere, & consumere, dum Missam celebrat, itam postquam seipsum communicavit. Respondium hoc innititur Auctoritate, & Ratione. Delimitur auctoritas à Gavanti in Rubr. Missal. p. 2. tit. 10. sub. n. 6. Litt. I. ubi ita loquitur: *Per Particulas danda est Communio, non autem eicunque de populo danda videtur partes illius Hostiae, quae forte reservatur post Orationem quadraginta Horarum, quod etiam retinet S. Carolus in Synodo Diocesana XI. immò ibidem iussit, à solo Sacerdote praedictam Hostiam sumi, quod melius esset post Calicis assumptionem. Hoc ipsum docet Bissus in Hierurg. Sac. tom. 1. Verb. Particulae n. 45. §. 2. his verbis: Hinc habet, male facere, & contra Ecclesiae consuetudinem, eos, qui Hostiam, quae fuit exposita, E. G. in Oratione quadraginta horarum, dividunt in quatuor partes, quas postea Laicis pro Communione distribuunt; id namque expressè prohibuit S. Carolus in Synodo Diocesana Undecima: & etiam generaliter ab omnibus damnatur talis distributio, ut videre est apud Gavanti. tom. 1. part. 2. tit. 10. ad num. 6. & Tonellum lib. 2. tit. 10. ad Rubr. 5. ubi dicitur esse eam Hostiam sumendam à celebrante post assumptionem sanguinis. Decretum autem S. Caroli, delatum ex eodem Concilio Diocesano XI. registrat Haymo Cotius in sua Epitome, Verb. Euchar. n. 13. hujus tenoris: *Si Hostia consecrata ulterius conservanda non erit, Sacerdos eam sumat in Missa; nec eam populo unquam tradat sumendam. Eandem prohibitionem ponit Synodus Diocesana Fasana, celebrata anno 1685. ab Emin. & Reverendis. D. Carolo Barberino Abbate & Ordinari. c. 9. in fine, de St. Eucharistia Sacramento dicens: At quidem si amplius (Hostia) exponenda non erit, sequenti die in Missa, Hostia, quae exposita fuerat, ab ipso Sacerdote consumetur. Non me lateat, Provincialium Concilior. Decreta non obligare extra Provinciam, neque Diocesanas Constitutiones extra Diocesim. c. Decernimus 3. q. 9. Fagnan. in c. Canonum Statuta n. 14. de Constitutionib. Barbosa in Collectan. DD. par. 1. Decret. ad cap. Canonis num. 7. dist. 15. & ad Concil. Triden. sess. 24. de ref. cap. 2. n. 2. & inter Theologos Suarez lib. 6. de Legib. cap. 26. num. 16. Nihilominus cum supradicta Decreta prohibitoria processerint tum à Sancto Carolo, quem Pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit, & qui in regimine suae Ecclesiae Ministris sapientia insignibus utebatur, ut notatur à Joanne Petro Justan. in eius vita lib. 2. c. 4. tum ab Emin. Card. Carolo Barberino, nostris temporis heroicae pietatis, & disciplinae Ecclesiae**

- 4 fastica jubare; auctoritatem habent ad actiones aliorum Episcoporum, & Parochorum dirigendas, & eos, ut prudenter operentur, informandos. cap. De quibus. ubi Glossa in Verb. Exempla dist. 20. cap. Qui de mensa Regis. dist. 37. cap. Si habes. 24. quesi. 3.
- Rationes supradictorum Decretorum relatores eorumdem non exprimunt, neque declarant causam, propter quam Parochus prudenter non agat, frangendo Hostiam Sacram jam expositam in Offensorio, & illam dispensando Laicis communicantibus: eam tamen esse autumo, ne plebs idiota, ipsam Sacram Hostiam recipiens, credat plus gratiae consequi, quam si solitam particulam Sacrae Communionis manducaret, ut docebat Illuminatus, de quibus supra Decis. VI. Errore X. pag. 18. & in non ab simili casu confiderat Diana part. 3. tr. 6. ref. 96. jacente in Coordinati Operis tom. 2. tr. 2. refol. 2. refol. 33. §. 4. Quamvis enim, rigorose loquendo, nullum resulset inconveniens à parte rei, vel ministris, idest Sacramenti, vel Sacerdotis communicantis Laicos cum portionibus effratis Hostiae grandis, in Offensorio prius expositae; attamen potest aliquid error irrepere in mentem eorumdem Laicorum, putantium recipere quid majus in tali Communione; & per consequens quid minus in receptione confectae parvae particulae; de quo errore tractant Theologi, & praecipue Emin. Card. de Lauræa de Euchar. disp. 26. n. 9. & Mastrius in 4. sent. disp. 3. n. 406.

Et de eodem luculentum factum legitur in tabula aerea existente in Ecclesia Terrae Suae Comitatus Tyrolensis, ubi quidam Laicus praesumens communicari cum Hostia magna, terribus fuit à Deo per terrae aperitionem, ut ex Tilmano lib. 1. cap. 55. refert Matthaeus in Syria Histor. tom. 2. lib. 8. cap. 2. tit. 3. Exempt. 2. quem Parochi facile videre possunt. Idcirco ad hunc errorem impediendum supradicta Diocesana Concilia proficuum esse crediderunt, prohibere Parochis dispensationem Hostiae grandis in Laicis, & ordinare, eam de per se in Missa, ut assumerent. Quod confirmari potest doctrina Emin. Card. de Lugo in Respons. Mor. lib. 1. dub. 10. ubi pluribus motibus probat, illicitum esse Parocho dare Communicantibus ablutorem in Calice; non ex eo, quod aliquid plus recipiant, quam si illam sumant in vase vitreo, sed quia Laici possunt in errorem trahi, credentes vel majorem Sacramenti partem, vel majorem gratiam percipere; idcirco triginta ab hinc annis, & ultra, cum fungeret officio Promotoris Fiscalis in hoc Episcopatu Patavino, recepta accusatione contra unum è Parochis ruralibus, qui cum Calice dabat purificationem bibendam suis Parochianis, Sacra Eucharistia resectis, processum formavi, & ab Illustrissimo, & Reverendissimo GEORGIO CORNELIO tunc Patavino Episcopo, fuit praedictus Parochus pecuniaria poena multatus, ut illum, & alios retraheret à facto, periculum erroris continente.

DECISIONIS XLVI.

Ad Octobris Quaesitum primum.

ARGUMENTUM.

Inquiritur, quinam sint effectus, quos operatur EUCCHARISTIA in anima illius, qui devotè eam suscipit? Docetur esse quatuor: scilicet, Augmentum gratiae; Unionem spirituales cum Christo; Primam gratiam aliquando, & Remissionem culpae venialium.

SUMMARIUM.

- 1 Gratia secunda, idest ejus augmentum recipitur à dignè communicantibus.
- 2 Gratia, quae datur in Euchar., quos effectus pariat? De Sacramento Eucharistiae.

- 3 Unio communicantis cum Corpore Christi esse effectus Eucharistiae.
- 4 Unio praedicta moralis est, non physica.
- 5 Gratia prima an datur in Eucharistia?
- 6 Pœnitenti, si inculpabiliter oblitiscatur aliquod peccatum, illud ei remittitur in absoluteione à confessi.
- 7 Atrius si communicat, credens, non habere mortaliam, vel si habeat, credens esse contritum, deficiente Sacerdote, recipit in Communionem primam gratiam.
- 8 Arbor arida ex contactu Sacrae Eucharistiae statim fioruit.
- 9 Catene ceciderunt de manibus dignè Communicantis.
- 10 Gratiam primam non dari in Eucharistia, qui docuerunt?
- 11 Gratiam primam dari in Eucharistia nescientibus, se esse in mortali est probabilior opinio.
- 12 Eucharistiae effectus est remissio venialium culpae venialium.
- 13 Venialia peccata an remittantur per Eucharistiam ex opere operato? vel ex opere operantis? Utraque opinio refertur.

QUAESTIO PRIMUM.

Quos Effectus operetur Sacra Eucharistia in anima illum dignè suscipientis?

Quatuor praecipuos Effectus in responsis Cleri Patavini relatos reperi. Duos, in quibus omnes Theologi consentiunt. Reliquos duos, de quibus inter Scholasticos non levis est controversia, quam breviter, & compendiosè circa utrumque explicandam censui in hoc quaesito.

Primus effectus, quem producit Sacra Eucharistia in anima illius, qui eam dignè recipit, est secunda gratia, seu augmentum gratiae. Id constat ex Conc. Trid. tum sess. 7. de Sacram. can. 6. ubi inserta anathema iis, *Qui dixerint Sacramenta novae legis gratiam non ponentibus omnem non conferre; tum sess. 13. de St. Euch. Sacram. c. 2. in illis verbis: Sumi autem voluit (Salvator noster) Sacramentum hoc tantquam spirituales animarum cibum, quo alantur; & confortentur, viventes vita illius, qui dixit: Qui manducat me, & ipse vivit propter me. Constat enim cibum dari viventibus, eisque professe, non autem mortuis; idcirco Sacra Eucharistia cum dignè recipi non possit, nisi ab eo, qui vivit vite gratiae, per consequens Effectus primus Communionis est augere gratiam; quam reperit in eo, qui dignè communicat; quemadmodum cibus corporalis auget vitam temporalem comedentis illum; est enim Eucharistia Sacramentum vivorum, non autem mortuorum; ut docet Catech. Roman. de Sacra Euchar. sess. 49. & differunt S. Thom. 3. p. qu. 79. art. 1. & art. 3. Emin. Card. de Lauræa de eod. Euch. Sacram. disp. 26. art. 1. Mastrius in 4. disp. 3. n. 395. & Gonet. eod. trah. tom. 5. disp. 8. art. 1. Cuius quidem augmenti gratiae habitualis fructus est abstinere à peccatis mortalibus, resistere tentationibus, & in virtutibus Christianis proficere, juxta illud D. Chrysostomi Hom. 61. Ut Leones flammam spirantes; sic ab illa Mensa discimus, terribiles esse diabolo. Et D. Bernardi Serm. de Cena Dom. Eucharistia in gravioribus peccatis tollit consensum; quibus concors est Conc. Trid. cit. sess. 13. c. 2. dicens Euchar. Sacram. est antidotum, quo liberamur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus preservamur; & latius S. Thom. d. q. 79. art. 6. & Emin. Card. de Lauræa d. disp. 26. n. 76.*

Secundus effectus Sacrae Communionis, qui producit in anima dignè accedentis ad illam, (de quo omnes DD. testantur) est unio ejusdem cum Corpore Christi non solum mystico; idest cum ceteris fidelibus

quorum omnium Christus est caput, juxta illud Apostoli in Epist. 1. ad Corinth. c. 10. *Quantum unus panis, unum corpus sumus omnes, qui de uno pane participamus.* Sed etiam cum ejus vero Corpore naturali, & sanctissima Carne; quod etiam testatur idem Apollolus in illis verbis ad Eph. 5. *Membra sumus Corporis ejus, & de carne ejus, & de ossibus ejus.* In cujus rei argumentum scripsit S. Cyrill. Jerosolymit. *Catechesei Mystag. 4. Ipsa B. Pauli doctrina abunde sufficere videtur, ut certa vobis de divinis mysteriis fidem faciat, quibus digni redditi, concorporati, ut ita dicam, & consanguinei Christi facti estis. Quem effectum clarior ostendit per similitudinem liquefactæ, & commixtæ ceræ S. Cyrill. Alexand. lib. 4. in Jo: c. 17. dicens: Qui manducat, inquit, Carnem meam, & bibit Sanguinem meum, in me manet, & ego in illo. Sicut enim si quis liquefactæ Ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera per totum commisceat, necesse est: sic qui Carnem, & Sanguinem Domini recipit, cum ipso ita conjungitur, ut Christus in ipso, & ipse in Christo inveniantur. Porro circa hunc secundum unionis effectum, quem operatur in fumentibus digno Sacram Eucharistiam, advertendum est, unionem illam intelligendam fore non materialem, & physicam; sed moralem, quatenus conjungimur Christo Domino per effectum amoris, & ardentem gratiæ. Quamvis enim nos physicè uniamur Corpori Christi per propinquitatem, & contactum realem, qui fit in nobis, dum ejus Sacratissimum Corpus, & Sanguinem recipimus in os, & transmittimus in stomachum sub speciebus consecratis; nihilominus illa unio non est aliqua unio physica, quasi dicat aliquid præter unionem per affectum, & præter solam indistantiam localem Christi sub speciebus cum visceribus nostris; sed est unio tantum moralis, quatenus dignè Communicantes dicimur una caro cum Christo, & speciali modo sumus ejus membra per fidem, spem, & charitatem, & convertimur in ipsum Christum, qui respicit nos ex ejus eximia bonitate quasi suam Carnem, ut advertunt Suarez de Euchar. disp. 64. sect. 3. Matruius in 4. sent. d. disp. 3. num. 402. & Gobat. in Exper. Theol. tract. 4. num. 480.*

Tertius effectus Sacræ Eucharistiæ, de quo est altercatio inter Scholasticos, est collatio primæ gratiæ, & remissio peccati mortalis non directè, & primariò, sed per accidens, & secundariò, quando ille, qui se communicat inculpabiliter potest, non de illo, qui communicatur præmittit Confessionem Sacramentalem, in qua facta omni diligentia, obliviscitur aliquod peccatum mortale; nam in tali casu obtinetur primam gratiam, & remissionem illius, non in actu Communionis Eucharistiæ, sed in absolutione Sacramentali, quam Confessarius illi impertiret super peccatis confessis, & quæ extenditur etiam super peccato inculpabiliter oblitto, ut advertit Ponticius de Sacram. disp. 44. q. 10. Matruius in 4. sent. d. disp. 1. n. 350. & docent Laym. c. 8. n. 1. Mattinus in Jus Theol. Mor. de Sacram. Pœnit. q. 35. Vers. Tertius Conclusio. Suarez de Euchar. disp. 66. sect. 4. Vers. sed hujus occasione. Diana par. 9. tract. 3. ref. 4. §. 3. Et p. 11. tract. 4. ref. 40. quorum prima eunda verò ibid. ref. 143. Sed ponendus est Casus, Si quis committeret peccatum mortale, & illud obliviscens, accederet ad communionem absque confessione Sacramentali, & credens, se ea non indigere, ut possit tantummodo actum attritionis generalis de omnibus peccatis vitæ suæ. Vel si quis laicus in articulo mortis habens peccata mortalia, & in defectu Confessarii, solam attritionem concipiens, credens esse contritus, reciperet Sacram Eucharistiam per modum Viatici vel de manu Diaconi, vel Clerici inferioris,

ut fuit disputatum in primo Casu mensis Septembris hujus anni; in his, inquam, casibus est magna controversia inter Theologos, an Communio Sacra communitatem ipsam, & remittat peccata mortalia? Affirmativam Sententiam docet S. Th. in 4. sent. disp. 9. q. 1. art. 3. quæsiunc. 2. ubi ponit supradictum primum Casum his verbis: *Si aliqui fœdè diligenti discussione sue conscientie, quamvis fortè non sufficienti, ad Corpus Christi devotè accedat, aliqua peccato mortali in ipso manente, quod ejus cognitionem præterfergiat, non peccat; immò magis ex vi Sacramenti peccati remissionem consequitur.* Unde Augustinus dicit in quadam sermone, quod quando Corpus Christi manducatur, vivificat mortuos. Eandem sententiam Angel. Doctor sequitur in Sum. 3. par. q. 79. art. 3. in Corp. ubi secundum propositus Casus enuntiat, dum dicit: *Alio modo etiam (Corpus Christi) percipitur ab eo, qui est in peccato mortali, cuius conscientiam, & affectum non habet; fortè enim primò non fuit sufficienter contritus; sed devotè, & reverenter accedens, consequitur per hoc Sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem postulat, & remissionem peccati.* Hunc eundem effectum conferendi primam gratiam non primariò, sed secundariò, in recipiente Eucharistiam cum bona fide credendo, se non habere peccatum mortale, ad credendo se contritum, quamvis tantum sit attritus, docet Sotus in 4. sent. disp. 9. q. Unica, quem citat, & sequitur Emin. Card. de Laurea de Euchar. d. disp. 26. num. 53. cui adhærent ex Thomis Cajetan. Capreolus, Sotus, Suarez, Valentinus, Coninchius, Pefantius, Silvius, Nugus, Caspensis, Orlandus, Amicus, Pasqualigus, Aversa, Diana, Castropalpus, Bonacina, & Gonet. in cit. disp. 8. de Euchar. an. 20. Et ex Scotistis Ponticius, Hiquerus, Rada, Aretinus, quos cumulat Matruius in 4. sent. cit. disp. 1. num. 349. quorum rationes præcipuè sunt sequentes. Primo, quia ille recipit gratiam justificantem in Sacramento, qui illa recipit dignè, & sine obice. Concil. Trid. sess. 7. de Sacramento can. 6. Sed in casibus propositis communicans non ponit obicem, & dignè accedit per attritionem, quam inculpabiliter credit sufficientem. Ergo virtute Eucharistiæ Sacramenti consequitur gratiam. Secundò, quia hæc virtus conferendi primam gratiam homini, habenti attritionem de peccatis, conceditur aliis Sacramentis. Ergo negari hæc virtus non debet Sacramento Eucharistiæ cæteris excellentiori. Tertio, quia Baptismus, & Pœnitentia instituta sunt, ut primariò conferant primam gratiam; & nihilominus sæpè conferunt non primam, sed secundam; quando scilicet suscipiens accedit ad illa cum vera contritione. Ergo contra, negandum non est, quòd Eucharistia, etsi ordinata ad conferendam secundam gratiam, aliquando conferat primam: tunc videlicet, quando accedens cum peccato mortali, invincibiliter accedit; vel de eo non recordans; vel attritionem, quam contritionem putat, in se habens. Quartò ex Concil. Trid. sess. 13. De Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento Can. 5. ubi dum negat præcipuum fructum Sandissimæ Eucharistiæ esse remissionem peccatorum, tacitè concedit, secundarium effectum, & per accidens, esse posse ipsam remissionem peccatorum. Quintò, quia in Oratione Purificationis nos etc. quæ post Communionem dicitur in Missa tota Quadragesima, Ecclesia sic loquitur: *Præsta, ut hoc tuum Sacramentum sit ablutio scelerum; sit vivorum, atque mortuorum delictuum remissio omnium delictorum.* Et in Postcommunione ferie 4. post Dom. 1. *Quadr. Tui Domini perceptione Sacramenti, & à nostris mundetur occultis.* Et in Secreta Dom. 3. *Quadr. Hæc Hostia, quæsumus Domine, emundet nostram delicta.* Et in Secreta Dom. 17. post Pent. *Ut hæc Sancta, quæ gerimus, & à præteritis nos delictis exuant, & futuris. Sextò*

Verba

Verba Sancti Justini Martyris in Quæst. ad gentes resp. 4. ubi locutus de visione Ista subdit: *Carbo, quem Prophetæ vidit immundis Ista labii adhaerentem, ad iniquitatum, peccatorumque expiationem, figuram habebat Dominicæ carnis, quæ conscientiam eorum, qui ipsam edunt, ab omni scelere expiat.* Septimò, liceat mihi duo hæc miraculosa addere exempla. Narrat Arnoldus Rayssius in Aut. ad Natal. 55. Belgii 3. Meji, quod in Pago Asce, mulier quædam à Judæis sollicita, Sacram Synaxim, quam in Paschate sumperat, illis pro mutuata veste ut daret, ex ore sacrilego detractam, illis traditura deportabat. Verùm tanti sceleris itinere poenitens, Sacras species in aridam Ulmum, fortè ibi in via reperitam, deposuit. Mirum dictu! Ulmus illa, sumpto veluti à Dominico Corpore vigore, restituit; ac quamvis prosus arida, frondibus, & ramis jucundissimè exornata est. Refert Bagatta in Admirand. Orbis Christi. tom. 1. lib. 6. cap. 1. n. 26. Pariter scribit Bzovius de Signis Ecclesiæ lib. 15. cap. 2. quòd Gregorius Cappadox vir nobilissimus, cum iustu Imperatoris, carenis undique circumligatus duceretur, Theodorus Archimandrita petiit, ut ab illi solveretur; donec illi daret Eucharistiam: quod cum milites pernegarent; accidit, ut eo sumente Eucharistiam, subito mirabiliter vincula soluta sponte conciderent ad terram. Idem Bagatta d. tom. 1. lib. 5. cap. 2. n. 19. Igitur fit ad contactum Eucharistiæ arida arbor restituit, & ceciderunt catenæ; cur & in suscipientem ex devotione, quamvis in ariditate peccati invincibiliter ignorati, non infunderetur ros gratiæ justificans, quæ verificetur, *Iustus ut palma florebit? Psal. 91. 13.* Et cur ille, qui bona fide Calicem Salutaris accepit, ex virtute Venerabilis Sacramenti non dicit: *Dirupsisti vincula mea; tibi sacrificabo Hostiam laudis? Psal. 115. 16.*

Negativam tamen sententiam iustificat Emin. Card. de Lugo de Euchar. disp. 12. sect. 1. Vasquez, Meracius, Morandus, Centinus, & alii, inter quos fuscè, & pro rostris Gavattus disp. 12. de Sacram. Eucharist. quæst. 1. cap. 2. innixi frequentibus rationibus. Primo, quia prædictus effectus probari non potest vel ex Scriptura, vel Ecclesiæ definitione, vel SS. Patrum traditione. Secundò, quia ipsemet effectus sicut non convenit Eucharistiæ principaliter, ita neque per accidens. Tertio, quia cum Christus voluerit dari in hoc Sacramento secundam gratiam, si daretur prima, esset præter Christi intentionem. Quartò, quia hoc Sacramento esset institutum per modum cibi, & potus. Sed cibus, & potus non prodest mortuis; ergo neque Eucharistia existens in culpa mortali. Quintò, quia prima gratia differt à secunda; ergo ad primam non se extendit hoc Sacramentum, cujus natura est dare secundam; sicut visus non potest se extendere ad odores, vel ad voces. Sextò, quia confunderetur communis distinctio Sacramentorum, alia esse vivorum, & alia mortuorum. Ultimò, quia Eucharistia confert primam gratiam etiam in attritione cognita, sicut eam confert Baptismus, & Pœnitentia.

Cæterum non difficilia sunt responsa præmissis objectionibus. Nam ad primum responderetur, effectum collationis primæ gratiæ in Eucharistia colligi ex cit. can. Conc. Trid. ex Oratationibus Missalis, ex multis SS. PP. & Doctoribus contrariam sententiam defendentibus, qui faciunt illam probabiliorum. Ad secundum, quòd immò competit dare per accidens primam gratiam in Eucharistia, sicut per accidens potest competere Baptismo, & Pœnitentiæ dare secundam. Ad tertium, non esse præter intentionem Christi Domini, ut secundariò detur prima gratia in Communione; Sic sua bonitate disponente cum accedentibus ad Eucharistiam bona fide, ne illud oblitum peccatum, vel ignorata attritio essent sine remedio. Ad quartum, non prodest cibus, & potus, materialis, qui sunt mortui, quia ipse non habet in se vitam, & virtutem supernaturalem, qualis est in Eucharistia.

De Sacramento Eucharistiæ.

charistia, quæ non convertitur, sed in se convertit manducantem. Ad quintum, non procedere paritatem, quia obiectum visus essentialiter differt ab obiectis auditus, & odoratus, & idè visus ad hæc obiecta non se extendit. Sed prima gratia non differt à secunda intrinsecè, & essentialiter in ipsa entitate gratiæ, sed extrinsecè tantum ratione connotati, & sic Eucharistiæ effectus primariò producit secundam gratiam, at secundariò potest conferre etiam primam. Ad sextum, negatur, quòd ex hoc destruat prædicta Sacramentorum distinctio; siquidem ex doctrina adversariorum, Baptismus, & Pœnitentia per accidens assumunt naturam vivorum, etsi dicantur Sacramenta mortuorum. Ad ultimum responderetur, sufficere attritionem cognitam in Baptismo, & in Pœnitentia, quia illa duo Sacramenta ex sui natura ordinata sunt specificè ad conferendam primam gratiam habentibus attritionem. At in Eucharistia, quia non est influita ex hac specifica ratione, sed ex generica tantum; idè requirit vel contritionem in re, vel in prudenti existimatione accedentis, itaut accedat cum bona fide, & sine obice; & ita accedit, qui oblitus est invincibiliter commisit peccati, vel putat inculpabiliter suam attritionem habere vim, & naturam contritionis; ut abundantius declarat Matruius in cit. disp. 1. à n. 356. & seqq. 18. disp. 3. n. 357. & in sua Theologia Morali disp. 18. n. 49. Gonet d. tom. 5. de Sacramento in genere disp. 3. à n. 181. & seqq. & de Eucharistia disp. 8. n. 20. & seqq. Diana par. 3. tract. 6. ref. 98. quæ est in tom. 2. Coordin. tract. 2. resol. 32. & in par. 5. tract. 13. resol. 23. quæ coordinata est in tom. 1. tract. 1. resol. 23. & Reginaldus, ex gratia legendus lib. 26. n. 45.

Quartus tandem effectus, quem operatur Eucharistia in illam dignè fumentibus, est remissio peccatorum venialium, ut habetur in Conc. Trid. d. sess. 13. c. 2. de Euchar. ibi: *Tantum antiodium, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus preserveremur.* Et in Catechismo Romano sess. 51. ibi: *Remitti verò Eucharistia, & condonari leviora peccata, quæ venialia dici solent, non est quòd dubitari queat.* Et adducit sententiam S. Ambrosii dicentis, lib. 4. de Sacram. c. 6. *Iste panis quotidianus sumitur in remedium quotidiane infirmitatis.* Et de hoc omnes Theologi sunt unanimis. Porro non levis controversia est inter illos circa modum, quo fit hæc remissio venialium; Utrum scilicet ex opere operato, directè, & immediate per virtutem Eucharistiæ absque ulla alia dispositione positiva ex parte suscipientis; modò tamen non habeat affectum positivum ad aliqua venialia? Vel hæc remissio fiat mediata tantum, & indirectè, quatenus virtute susceptæ Eucharistiæ conferuntur auxilia, quibus suscipiens, eliciendo a se serventes charitatis, delectat de venialibus, proponat imperpetuum illa cavere; & sic obtineat eorum remissionem? Nonnulli DD. videntur S. Thom. 3. p. q. 79. art. 4. S. Bonav. in 4. disp. 12. par. 2. disp. art. 1. quæst. 3. Petrus de Soto sess. 12. de Euchar. autumant venialia deleri secundo modo, quia gratia Sacramenti non habet repugnantiam formalem cum peccatis venialibus; & sic non est impossibilis cum eis; idè remissio venialium non procedit directè ab ipsa gratia, quæ elargitur in susceptione Eucharistiæ. Ulterius sequeretur, à quocumque Communicante obtineri semper remissionem omnium venialium, quia nullus creditur reperiri, qui in actu communicandi delectationem habeat peccatorum venialium. Item venialia committuntur per propriam voluntatem; ergo retractari debent per propriam voluntatem, illa detestantem. Tandem Baptismus & Pœnitentia non delent venialia, nisi falem attritione concurrente de iisdem; Igitur attritio esset necessaria etiam in Sacramento Eucharistiæ, quia mediante remittantur venialia. Ita Becanus, Caspensis, & alii apud Vasquez tom. 4. disp. 12. sect. 1.

E contra alii Theologi opinantur, in Eucharistiæ digna sumptione dimitti venialia immediate, & directè;

G 4

rectè; ac, ut dicunt Scholæ, ex opere operato; idest, ex vi Sacramenti, non ex merito, vel alio interno motu suscipientis, ut declarat Reginald. d. lib. 26. num. 46. quod docent Suarez 3. par. q. 79. art. 4. scilicet. 10. Viquez de Punit. q. 87. art. 3. dub. 2. n. 7. quibus assentitur Jo: Sancius in Select. disp. 22. n. 8. Moventur autem his rationibus. Primò, quia diversa utique, & altiori modo debent dimitti venialia per hoc Divinum Sacramentum quam per Sacramentalia, de quibus adum est Anno 1687. mense Decembri. Sed ex opere operantis Sacramentalia remittunt peccatum veniale, quatenus impetrant à Deo auxilla, quibus homo elicit actus retractantes culpas veniales, ut ex probabiliori opinione dictum fuit in primo Casu mensis Decembris 1687. Ergo per Eucharistiam convenit, venialia remitti ex opere operato, & ex sola virtute ipsius eximii Sacramenti. Secundò, quia etsi disputent DD. utrum attritio sit necessaria ad delenda venialia in suscipiente Sacramenta; videtur probabilior sententia, attritionem esse necessariam sine Sacramentis, non autem cum suscipiuntur Sacramenta, ad delenda venialia; quia sufficit in suscipiente Sacramenta minor dispositio, nempe actualis non complacentia venialium, & voluntas recipiendi effectum remedii, quod assumit, ut ex Soto, & Suarez probat Maltrius in 4. sent. de Sacram. Penitentia disp. 5. art. 2. Ergo multò magis ex solo augmento gratiæ, quod recipitur in Eucharistia, delectur venialia; quia tunc Communicans intendit intimore unionem cum Deo; & virtualiter detestatur venialia; quæ contrariantur eidem intimæ unioni.

In hac controversia facile est concordare utramque opinionem; concedendo, venialia deleri in Eucharistia mediata, & indirectè, scilicet dando auxilla, quibus Communicans excitat in se actus ferventes caritatis, detestaturque etiam venialia, quæ displicent Deo: at non negando, posse etiam venialia remitti per solam virtutem Eucharistiæ, & ex opere operato, quatenus operatur unionem creaturæ cum suo Creatore; cujus amore accendit virtualiter detestatur etiam peccata venialia. Ita Marstrius, pluribus DD. citatis d. disp. 3. de Euchar. num. 399. & num. 400. Gobat. traç. 4. num. 473. & 474. & Emin. Card. de Lauræa de Euch. disp. 26. a num. 51. & num. 57. & seqq.

DECISIONIS XLVII.

Ad Octobris Quæstum secundum.

ARGUMENTUM.

Investigatur, quos effectus producat EUCHARISTIA in corpore illius, qui dignè eam sumit? Ostenditur, esse quatuor præcipuos: Refrænationem motum carnalium, Dulcedinem spiritualem, Nutrimentum vitæ præsentis, & Futuram Refræctionem gloriosam cum dotibus Impassibilitatis, Agilitatis, Subtilitatis & Claritatis, quæ omnia selectis Sanctorum exemplis confirmantur.

SUMMARIUM.

- 1 Eucharistia producit quatuor effectus in corpore illum dignè suscipientis.
- 2 Eucharistia refrænat motum concupiscentiæ, atque iræ.
- 3 Miles adorans Eucharistiam, genuflectit in luto, & non inquinatur.
- 4 Dulcedo sentitur in sumptione Eucharistiæ.
- 5 Exempla fuisse dulcedinis in Communione Eucharistica.
- 6 Digni Sacerdotum tangentes panem, illum dulcem reddunt.

- 7 Sacerdotes, & alii ex frequenti Communionis quære non proficiant?
- 8 Eucharistia sola nutriti corporaliter Exemplum.
- 9 B. Helena Enselmina Patavina à Sede Apostolica per sui jurisdicti Beata declarata die 8. Octobris 1695.
- 10 Homines quot diebus vivere possint sine cibo?
- 11 Exemplum femella, quæ ex Demonis astutia vivebat sine cibo?
- 12 Resurrectio gloriosa corporum effectus erit Eucharistiæ.
- 13 Dotes Corporis gloriosi quatuor, & harum prælium in hac Vita ex Eucharistia.
- 14 Impassibilitatis Dotis exempla ex Eucharistia emanant.
- 15 Agilitatis Dotis exempla ex Eucharistia proveniunt.
- 16 Subtilitatis, seu Spiritualitatis corporis exempla ex Eucharistia.
- 17 Claritatis Dotis exempla in corporibus ob Eucharistiam.
- 18 Vita spiritualis habet ipsa quatuor Dotes, ut ex libello 24. Veritatum. In Verit. 22. pun. 1.
- 19 Viginquaguarum Veritatum libellus excerptus ex lib. Juliani Haynovii Societatis Jesu ab Autore anno 1681.

QUÆSITUM SECUNDUM.

Quosnam effectus producat Sacra Eucharistia in corpore illum dignè suscipiente?

EX pluribus relatis per studiosos hujus Cleri hos quatuor principaliores collegi; & sunt: Refræratio motum carnalium, Dulcedo spiritualis, Nutrimentum vitæ præsentis, & Resuscitatio ad futuram.

Quò ad primum: Sacra Eucharistia in fumentibus illum dignè refrænat motus carnales, tum concupiscentiæ, tum iræ. De motibus concupiscentiæ extat illud testimonium Zach. 9. *Quid est bonum ejus, & quid pulchrum ejus? nisi frumentum eleborum, & vinum germinans virgines?* quod fuscè, & piè explicat S. Th. Opusc. 38. c. 26. Et de motibus irascibilis illud Eccl. 18. *Nonne ardorem refrigerabit Ros?* Utique Ros est Christus incarnatus, & in Eucharistia susceptus, quem intense flagitabant SS. PP. exclamantes: *Rorans caeli desuper, & nubes pluunt justum.* Isa. 45. De utroque autem motu frænato locutus est S. Bern. in Serm. de Cæna Dom. in illis verbis: *Si quis vestrum non tam sepi modo, nec tam acerbo sentit motus iracundiæ, luxuriæ, invidiæ, aut ceterorum hujusmodi, gratias agat Corpori, & Sanguini Domini, quoniam virtus operatur in eo Sacramento.* Quæ verba transcribit etiam Emin. Card. de Lauræa d. disp. 26. num. 78. de Euch. Et pro confirmatione præsentis effectus, quem Sacra Eucharistia operatur, refrærans motum concupiscentiæ, & irascibilis, devotos non tædeat horum miraculorum lectio. Narrat Cæsaribus lib. 9. cap. 51. quòd quidam Miles cum quodam die in platea equitaret luto, & pretiosus esset vestibus indutus, obvium habuit Corpus Domini, qui de equo profluitans, in luto flexis genibus Corpus Domini adoravit; factumque est, ut eo surgente, nec mioma gutta aquæ, nec quidequam luti vestibus ejus adhæreret. Consimile scribit P. Rho in Hist. Virtut. lib. 3. cap. 1. n. 6. de Silvestro Landino, dicens: *Cùm luto in via obviam Divino Ferculo factus esset, profundo nihilominus in cæno genua posuit; verùm ubi perfunctus adorationis officio luxerit, ut coram Deo eam fuisse religionem sciret, vestes nulla luti contagione fœdatas circumspexit. Refert utrumque Bagatta in Admirand. Orb. Christ. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 20. & 21. Igitur si Pietas erga Sacram Eucharistiam exteriores indovias à*

cæno

cæno præservat; quantò magis, ut ait Gobat. in Theol. experim. traç. 4. n. 476. *In ipsum quoque corpus hominis redundabit energia hujus cibi celestis; ita quidem, ut per cum mitigetur fomes peccati, compescatur, seu refrænetur præter appetitum, atque inclinatio in malum?* quod latius prosequitur Suarez de Eucharist. disp. 64. scilicet. 1.

Quò ad secundum: Ex devota receptione Sanctissimæ Eucharistiæ dulcedo, & suavitas spiritualis à recipiente sentitur, ut probat S. Thom. 3. p. q. 79. art. 1. ad 2. & canit Ecclesia in primis Vesperis Corporis Christi: *O quam suavis est Domine Spiritus tuus; qui, ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suavisissimo de cælo præstidisti esurientes replet bonis.* Habeturque in Psalm. 33. *Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus.* De hoc mirabili effectu infinita propemodum allegari possent exempla, quæ in legendis vitis Sanctorum obviam habentur: sed hæc pauca libet delibare ex his, quæ cumulat P. Bagatta d. tom. 2. lib. 3. cap. 3. §. 6. ex sequentibus auctoribus. I. S. Eleazarus Comes retulit quandoque Virgineæ Uxorij suæ, cum Christi Corpus accepit, videri sibi optimum saccharum fæ deglutire. ex Henric. Sedulio in ejus Vita cap. 20. II. Beata Angela de Fulgineo sic suo Confessario referebat: *A parvo tempore quando communico, Hostia extenditur in ore, & non habet saporem panis, nec carnis, quam comedimus, sed alium saporem carnis, & saporem lapidissimum, quem nescio assimilare alicui rei de mundo.* Arnoldus in ejus Vita cap. 7. III. Legitur Monachum quemdam, quoties Sanctam Synaxim insumebat, toties sibi vitulum, favum mellis lumere, cujus suavitatis illi in ore triduum ipsum perdurabat. Ita in Croniciæ Confessionibus. IV. S. Maria Cæniacensis, dum Christi Corpus accipiebat, magna in ore dulcedine, eo tempore, fruebatur. Jacobus à Vitricio in ejus Vita lib. 2. cap. 12. V. Venerab. Ursula Benincæ, cùm ob suas infirmitates maximam pateretur ciborum inapetentiam, ita ut nullo modo posset comedere; panem tamen Sacerdotum digitis tactum, abique alla nausea, vel molestia comedeat; immò ex illorum digitorum contactu, maximam panis illi dulcedinem inditam affirmabat, (notent id Sacerdotes, & discant innocentes servare manus suas.) In ejus Ursule vita cap. 35. VI. Soror Maria Villana Ordinis Prædicatorum tanta ne dum animæ, sed & corporis afficiebatur suavitate, & robore, pame celestis exalturata, ut post Sacra Eucharistiæ sumptionem ad multas horas dulcissimam suavitatem ore degularet; suavisissimæque ex faucibus exhalaret odorem. Dominicus Maria Marchesius in ejus Vita Mense Augusto die 21. VII. De Sanctis aliis pluribus referuntur consimilia exempla à Nicolao Laghi de Miraculis Ss. Sacramenti traç. 2. disp. 4. Sed satis sit id, quod legitur de S. Philippo Nerio in ejus Vita lib. 2. cap. 1. n. 13. ipsissimis his verbis: *Nel prendere il Corpo del Signore, sentiva straordinaria dolcezza, facendo tutti quegli atti, che sogliono far coloro, che gustano di qualche soavissima vivanda.*

Sed hic liceat interrogare lectorem verbis P. Gobati d. traç. 4. n. 481. *Scilicet, qui fiat, quod (pro doctore?) tam multi Sacerdotes Sæculares, ac religiosi ex quotidiana, tam multi Laici ex obliduana Communionem (non solum dulcedinem illam non sentiant) sed adeò parvum, aut nihil videntur proficere in spiritu?* Inveniet Lector pius responsum tum apud Rodriq. in Exerc. Præfæ. part. 2. traç. 8. cap. 13. tum apud Manlium in suo Vero Ecclesiastico lib. 14. cap. 12. Satis est fingere hoc dilemma. Vel celebrantes materialiter tantum celebrant, veloci lingua, volante mente, abeunte corde in res mundanas, & de his dicit B. Albertus Magnus de Eucharist. disp. 3. traç. 3. c. 1. *Non datur Mansio nisi in deserto; sic non sentitur dulcedo gratiæ, & sapor Eucharistiæ nisi ad his, qui se in desertum corde transferunt, ut mundanas non sentiant delectationes. Vel cum cordis munditie, & debita cum præpara-*

tionem licant; & de his respondet Emin. Card. de Lauræa de Euchar. d. disp. 26. num. 85. *Ratio, cur non semper, & non statim gustatur dulcedo spiritualis, est vel passio corpora trabens secum voluntatem, & intellectum, ne cogitationibus illis obsequium supernaturalium vacent. Vel quia Deus ad tempus eos privat, ut in alio tempore opportuniore eam elargiatur. Sufficit, quòd Sacramentum illud, quantum est de se, eam suavitatem, & dulcedinem causet. Utinam omnes Sacerdotes hæc saperent, & intelligerent.*

Quò ad Tertium effectum: Sacra Eucharistia nutriti, abique alio cibo, plurimi, in tot transactis sæculis, diu vixerunt, licet mortali carne induti, in argumentum æternæ vitæ, quam Salvator promisit manducantibus Divinum Panem, quorum viginti exempla fuerunt per me allegata supra Decis. 7. nu. 2. ex sacris Historiis decerpta, quibus hic duo addere libuit. Unum, de Sancto Petro de Alcantara; de quo sic legitur in scilicet. 6. Brev. Rom. die 19. *Obiit. Gratia contemplationis admirabilis in eo fuit, eam suavitatem spiritus refecerat, interdum accidit, ut ab omni cibo, & potu pluribus diebus abstinuerit. Alterum de B. Helena Enselmina Nobili Patavina, de qua sic scribit Scardeon. lib. 2. antiq. cl. 6. *Mirabile dictu! Vixit menses tres abique cibo corporali.* Quod confirmat Wading. in Annal. tom. 1. Ann. 1241. & Rodulf. Tullignan. in Histor. Scraphic. lib. 1. B. Elena Enselmina orta est Patavii Anno Domini 1208. cumque paulò post constructum esset Monasterium Monialium Ordinis S. Claræ extra muros Paduæ in Contrata dicta Ara Cæli, vulgò *Arella*; (quæ tunc erat sub Parochia meæ Præposituræ Tituli Sanctissimæ Trinitatis,) in ipso Religiosa facta est B. Helena sub directione S. Antonii Patavini tunc viventis; & brevi per omnium virtutum semitas incedens ad perfectionis, & sanctitatis apicem pervenit, ad cælumque ex hac Vita evolvit Anno 1242. Ejus corpus miraculis redolens incorruptum adhuc servatur post annos 454. & tamquam Virginis beatæ veneratur, & colitur. Super ejus cultu immemorabili quatuor ab hinc annis ego tamquam Subpromotor fidei specialiter deputatus proceffum formavi ad normam Decretorum S. M. Innocentij Papæ XI. eoque rigorosè Romæ examinato à Sacra Rituum Congreg. tandem emanavit sequens Decretum. *Patavina Beatificationis, seu Canonizationis Særvæ Dei Helene Enselmine Beate nuncupatæ Ordinis S. Francis. Ad supplices instantias R. P. M. Felicis Rotondi Ordinis Minorum Conventualium Ministri Generalis; Patrique Magistri Balthasaris Milazzo Collegii S. Bonaventuræ Regentis, & causæ Beatificationis, seu Canonizationis prædictæ Særvæ Dei Helene Enselminæ, Beatæ nuncupatæ Postulatoris: proposito in Sacra Rituum Congregatione ab Emin. & Reverendis. D. D. Cardinali Colloredo Ponente, Dubio: An sententia Emin. & Reverendis. D. D. Cardin. Barbadii Episcopi Patavini, sive ejus Delegatorum, super cultu immemorabili, & casu excepto à Decretis sel. rec. Urbani Papæ VIII. lata, sit confirmanda, vel infirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur? Sacra eadem Congregatio, auditam in scriptis, quàm in voce Reverendis. Archiepiscopo Myren. Fidei Promotore, prædictam sententiam esse confirmandam censuit; si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die 8. Octobris 1695. Facta igitur deinde Sanctissimo Domino Nostro per me Secretarium, de prædictis relatione, Sanctissimus benignè annuit; die 29. ejusdem Mensis, & Anni 1695.**

A. Card. Gibo.

Loco ꝛ Sigilli.

B. Inghirami Sacr. Rituum Congreg. Secretarius.

Porro